

Julius Papa II. Friderico Duci Sa-
xonie, Magro Cruciferorum in Prussia:

255
Quamvis anno superiore ad Importunam In-
stantiam Oratorum tunc Alexandri Polonie Re-
gis nostris te scriptis in forma brevis requisi-
verimus et monuerimus, ut homagium et obedi-
entiam ratione certa concordie et pacis inter olim Il-
lustrissimum Casimirum Polonie Regem Magnamq;
Lithvanie Ducem interque bone memorie Fred-
ericum de Teluchusen Ordinis S^ce Marie
Theutonicorum Hierosolime in Prussia tunc Ma-
gistrum qualem Predecessorem tuum et Ordinem pre-
dictam inter ulterius prestare non differas, sed ean-
dem concordiam et ejus capitula sicut alij Magri pre-
decessores tui omnino observares atque adimpleres ca-
pitolorumque et articulorum pacis et concordie pre-
dicta, iuxta ipsorum formam, a Nobis et a plura se-
de absque ulteriori temporis dilatione peteres con-
firmationem aliter enim Alexandro Regi prefato
confirmationem predictam de cetero petenti mi-
nime denegavimus, eidemque de alijs remedijs ad
hujusmodi concordiam et pacem confirmandam oport-
tunis eadem Nra a plura auctoritate provideremus.
Verum Nobis exponi feisti te et ordinem tuum
hujusmodi concordie et pacis per Predecessores
Nros ac Sedem apostolicam confirmate, licet per il-
lam, ut asseris, tu et ordo predictus graviter lesi-
sitis, minime contravenisse, aut contravenire.
Quia tamen tu, et ordo tuus hujusmodi, ac ejusdem
Ordinis bona, nobis et dicte Sedi immediate sub-
iecti estis, ad alicujus homagij et obediencie pre-

Stat:

CC

1010
prestationem dicto Regi. minime tenearis. Quo-
circa tibi presentium tenore committimus et man-
dauimus, ut dicti brevis ad te missi vigore in huius-
modi obedientie et homagij prestationem dicto
Regi aut Eius Successori faciendam nihil omnino
attentes, sed stes immunitati et Protectioni se-
dis Aplice innixus, donec dicte concordie et pa-
cis equitatem ex animi et cognitioni inter te et
regnum predictum subiucies, aliud a Nobis ha-
bueris in mandatis. Voluimus enim ex Pasto-
rali Officio dicte pacis cognitionem impendere, teque
et Ordinem Tuum ad Regem et Renum Poloniae,
quantum cum Deo possumus, ad universalis Eccle-
siae fidei commodum, in sinceriore uniuersa et
charitatis Viam reducere.